



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis S. R. E. Cardinalis Bona Opera Omnia

Tribus Tomis comprehensa


Opuscula Spiritiva - I. Horologium Asceticum. II. Principia Vitae Christianae. III. Manuductio ad Coelum. IV. Via Compendii ad Deum. V. De Sacrificio Missae. VI. De Discretionem Spirituum ... Operum Eminentiss. Cardinalis, Tom. I

Bona, Giovanni

Parisiis, 1677

SS. Domino Nostro Alexandro VII. Summo Pontifici Ioannes Bona F.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9969



SS. DOMINO NOSTRO
ALEXANDRO VII.
 SUMMO PONTIFICI
IOANNES BONA F.



Xiguum hoc munus, **BEATISS. PATER**,
 pedibus tuis advolvere demississima veneratione ausus sum, post diuturnam fluctuantis animi trepidationem. Ut enim me alliciebat Sanctitatis Tuæ dudum nota benignitas; ita multum deterruit augustissimæ dignitatis, qua proximè ad Deum accedis, veneranda Majestas. Vicit tandem incertum quid consilii caperem incomparabilis clementia Tua: nam me prorsus immerentem & nihil tale cogitantem è celsissimi throni fastigio respicere, ad conspectum Tuum evocare & honoribus augere dignatus es; ut jam ambigere nefas sit, quin eadem humanitate, qua me excipere voluisti & hunc minimum ingenii mei fœtum prosequaris. Accedit argumenti sanctitas, ob quam futurum confido, ne tibi prorsus displiceat hæc qualiscunque lucubratio. Viam enim describo, quam Tu feliciter cucurristi, quam è specula Apostolici culminis toti orbi Christiano demonstras, quam te auspice arripient omnes, qui Divinitatis illapsu digni fuerint. Et quia Isagogen hîc trado ad Mysticam Theologiam, felicitatis meæ erit, si Tuo præsidio munita in lucem prodeat. Paucis siquidem nota mysteria à profanorum criminationibus Tua auctoritate tueberis: eisque fidem, quam imperiti abnegant, Tuâ experienciâ conciliabis. Deus Optimus Maximus diu Te servet incolumem, **SANTISS. PATER**: & Pontificium Tuum omni honore & virtute locupletet.